

Ammon, Cyril, Carthuf, Euseb.

Maldonar, August, Chrysoft, Theophyl, D. Thom, Albert, Mag, Hugo.

Idem. Homo facit creati, quod operat Gallian.

Dominus dixit: Filius tuus vivit, puer sanatus est Nisi velis aliquam prioritatem naturae considerare. Credidit homo, Quod fuerit perfecta fide, tenent Ammon, D. Cyrillus, Carthuf, Euseb. proximè citatus. Et hæc est probabilis sententia: Nam, licet postea percontaretur servos de hora sanitatis, non provenit ex defectu fidei, sed ut fidem suam confirmaret. Et, ut ait Maldonar, sibi ipsi gratularetur, quod crederet. Tamen D. August, D. Chrysoft, Theoph. D. Thom, Albert, Magn, Hugo docent, quod credidit huic sermoni Jesu adhuc imperfecta fide, & ideo à servis interrogavit de hora sanitatis, scire volens; utrum casu, vel ab ipso Jesu facta fuerit sanitas.

Et ibat Jujus est d'cedere, statim ibat; non aliquid futur: nam perfecta obedientia nil respondens iter arripit. Ait Hugo, quod ibat consistens, quod sanatus esset filius; libenter enim credit homo, cum sibi dicitur, quod cupit. Simon Cassianus ait lib. 5. cap. 18. Ibat planè gaudenior de fide, quam de libertate prolis.

QUESTIO X.

Quare Dominus non descendit in domum Reguli petentis, & tamen vadit ad domum Centurionis non rogantis?

Matth. 8.

Chrysoft.

Fides Centurionis perfecta. Reguli autem imperfecta.

Idem.

Matth. 8.

Deus quarit occasiones mobilisandi nos.

Dominus rogatur à Regulo, ut tendat in domum suam; ad eam tamen accedere noluit: à Centurione autem rogatus, ut det sanitatem puero, in domumque suam ne descendat. Domine, non sum dignus, ut invres sub tectum meum. Matth. 8. n. 8. & 9. tamen ad ejus domum se confert, in eamque Dominus ingreditur.

Respondet primò D. Chrysoft. hom. 34. Cur autem, ait, Centurioni se iturum ultro pollicitus est; Regulo autem ne rogatus quidem? Quoniam in illo fides perfecta erat, ideo se iturum dixit, ut viri fidem cognosceremus: at Regulus adhuc imperfectus erat, propterea Christum omni studio impellebat, ne descenderet, neque adhuc novit absentem quoque curandi habere potestatem. Centurio jam firmus ac confirmatus erat in fide, quod crederet, Dominum absenti salutem dare posse, & ideo ad ejus fidem & devotionem exercendam, Dominus ire promisit. Regulus verò adhuc imperfectus erat, nondum noverat manifestè, quod absens Christus curare poterat; & non accedit, ut suam imperfectionem cognoscat, & sciat, Christum absque sua præsentia sanare posse; & ita ipse proficiat in fide. Et hæc est germana ratio.

Secundò iisdem Chrysoftomi verbis inhærendo: Ut viri fidem cognosceremus, ire vult in domum Centurionis, ut eximia ejus fides fieret omnibus manifesta. Dixit enim ipse: Domine, non sum dignus, ut invres sub tectum meum, sed tantum dico verbo, & sanabitur puer meus, Matth. 8. num. 8.

Quam fidem Dominus maximè honoravit, dicens: Amen dico vobis: Non invenio tantam fidem in Israël, ibid. num. 11. Semper enim Dominus quarit occasiones condecorandi, ac nobilitandi suos; ut idem ipse Centurio in majores actus fidei, & devotionis proficeret Ad domum autem Reguli non descendit, ut ait D. Thom. ut ipse suam imperfectionem cognoscat, qua detinebatur cogitans, dominum non posse sanare absentem, ut ita sui confusione percepta

fidei imperfectionem deponat, ac in ea sit expolitus: nam sicut virtus, dum laudatur, crescit, ita ignorantia, ac imperfectio, dum cognoscitur, ac deprimitur, deponitur, ac emendatur.

Tertio, Dominus non rogatus vadit in domum Centurionis, & rogatus non descendit in domum Reguli: ut sit manifestum nobis quod Deus multoties non annuit nostris rogationibus, novit enim, quod nobis est utilis, & id concedit; ad preces Reguli, ut descenderet, non attendit, ut ipse deponat suam ignorantiam, & crescat in fide; postulat Centurionis non acquiescit, ut ipse exerceat in fide, & in novos actus meritorios prorumpat.

Quarto, D. Gregor. Magnus hom. 28 in Evang. Reguli filio, ait, per corporalem præsentiam non dignatur adesse: Centurionis servus non designatur occurrere. Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retardatur, qui in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores, & divitias veneramus? Redemptor vero noster, ut ostenderet, quia qua alta sunt hominum, despicienda sunt: & que despecta sunt hominum despicienda non sunt: ad filium Reguli ire noluit, ad servum Centurionis ire paratus fuit. Maxime obliviscitur homo creatoris sui; & mundana considerat, & respicit non enim attendimus in homine, quod ad Deum imaginem sit creatus, hæc quod opus sit Dei, sed ejus dignitates, nobilitatem, ac divitias, Dominus autem ut superbiam nostram comprimat, non vult ire ad filium Reguli, quem dignitas, nobilitas, ac divitiae extollebant; sed ad servum Centurionis, in quo quoddam homo sit, & imago Dei tantum relucebat, & ita nos docet, quod homini sit beneficendum, non propter terrenam dignitatem, sed ob imaginem sui creatoris, quam portat; & ita ob humilem aliquam conditionem homo non est despiciendus. Imperfectus hom. 22. Illic, cum rogaretur, noluit ire, ne forte personam Reguli videretur aspicere: hic autem non rogatus promisit ire, ne videatur, humilitatem servi contemnere. Illum ergo contempsit, quem dignitas sublecebatur regalis: istum autem honoravit, quem conditio humiliabat servilis.

Quinto, D. August. tract. 16. Videt, ait, distinctionem. Regulus iste Dominum ad domum suam descendere cupiebat. Ille Centurio indignum se esse dicebat. Hic cessum est elationi, illis concessum est humilitati. Regulus superbia inflatus, divitiis, ac nobilitate imperiosè dicebat: Descende, antequam moriatur filius meus. At Centurio magna humilitate se indignum fatebatur, ut Dominus in domum suam veniret, & quod superbia, ac elationi denegatur, humilitas, ac submissio obtinet, & impetrat. Idem ferè Rupertus lib. 4. in Ioan. Quod Dominus superbos contemnit, humiles exaltat. Vide lib. 2. cap. 2. n. 52.

Sextò, Barradas aliam dat hic rationem, quod Centurio cum esset cum Christo in Capharnaum petebat ab eo salutem servo, qui in domo sua erat in eadem urbe. At verò Regulus petebat, ut Christus ex Cana in Capharnaum iret, longumque conficeret iter. Ideo Christus in domum Centurionis, quæ propinqua erat, venire voluit, ex Cana autem in Capharnaum tunc ire noluit.

Septimò, Deus omnibus dat affluentem, & majora, quàm petimus ab eo. Unde utique plura conferre voluit, Petit Centurio tantum verbum; sed bis.

Virtus laudata crescit, malitia confusa emendatur.

Deus postulat non concedit ob nostram utilitatem.

In homine non dignitas, sed Dei imago est veneranda.

Homo ob vilem servitudinem divitiis non est despiciendus.

Imperfectus.

Humiles exaltantur superbi deprimuntur.

Rupert.

Barradas.

Dat Deus plus, quàm petimus à nobis.

Abb. Chrem.

Alta cogitationes, ac merita non simul comparantur.

Genes. 38.

Presumptio non datur ac dignitate.

Lypoman.

Diodor, Gennadius Rabban, Ildorus, Rupert.

Carthuf.

Reg. 15.

sed tantum dico verbo, & sanabitur puer meus: At Christus non modò verbum non negat, sed & descensum se esse pollicetur. Petit Regulus, ut descendat, & ubi ad domum suam pervenerit filium suum curet (& hæc abundantiam divinæ misericordiæ hic ponderat Abbas Chremensis collat. 13. de potestate Christi cap. 16. dum absque cunctatione, & dilatione dat sanitatem ægroto) plus præstat Dominus; nam quamvis videatur negare descensum, tamen absque mora, quæ in ipso itinere requirebatur, filium in instanti sanitati restituit. Vide lib. 1. cap. 4. n. 41.

Octavo, Maxime inter se repugnant merita, & hominis præsumptio, itaut simul in una sede minime reperiantur, sed mutuo se expellant, & excludantur. Regulus de sua nobilitate, ac divitiis facta præsumptione multum confidens meritis carebat; ideoque non voluit in domum suam Christum recipere. At Centurio abjectissimum se reputans, de se valde humiliter sentiebat, multis tamen meritis præclarus erat, & ideo dignus inventus, qui Dominum Iesum in domum suam descendentem reciperet hospitio.

De Thamar, cum ad tempus parienti perveniret, ait facer textus Genes. 38. num. 29. Instante autem parvi apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium unus quidem protulit manum, in qua obstrixit ligavit coccinum, dicens: Iste egredietur prior; ille verò retrahente manum, egressus est alter. Valde mirum sanè, quod Zaram, qui jam iter invaserat, manum portexerat qui judicio astancium jam primus judicabatur, manum contrahat; & prior egredietur alter, scilicet Phares, qui nullum exundi signum dederat, ac primas obtineat, & primogenituræ dignitatem possideat! Unde talis eventus? Ex alto Dei consilio totum factum, ut Zaram, qui animo magnum conceperat ausus, cum expertus futurus esset meritorum, exspoliaretur dignitate, At Phares, qui nec exundi, nec audacia dederat signum, cum condignus haberetur, utpote ex cuius genere Christus nascitur, primum vendicet locum, & honore majorum nobilitatur.

Lypoman. Non qui, inquit, coccineo filo primogenitus habebatur, sed qui tardior erat, prior evasit. Expende verba, qui tardior erat. Huc etiam tendit communis sententia Patrum. Gennadij in Cataena G. eva. Diodori, Rabbini, Ildori, Ruperti, dum pe Zaram intelligunt Iudæos, qui multum de se præsumebant & primum locum vendicabant. Per Phares autem populum Gentilem, qui novissimus erat, & abjectus, ac nihil de se confidebat, qui Christi gratia illuminatus, meritis, dignitate, ac principatu maximè insignitus fulget, ac nitet. Carthof. Imperante, ait, Deo id accidit, quod de Phares Christus fuerat nasciturus. Item ad designandum, quod in Christo primi sunt facti novissimi primi; quia Iudæi, qui erant primi, facti sunt exccacati; & Gentiles sunt in Christo illuminati.

Ex Dei benignitate eligitur Saul ad clavum regni Israël, cum tamen Deus ei mandaret: Vade, percutie Amalech; & devolve universa ejus; & non concupiscas ex rebus ipsi aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem, parvulum, atque lactantem, bovem & ovem. 1. Reg. 15. num. 3. tamen Saul non implevit mandatum Domini, sed pepercit Agag & optimis gregibus armentorum, & multis spoliis onustus revertitur in domum Syloeva in Evang. Tom. 1. I.

suam. Statim ex Dei mandato Samuel eum arguit, eique annuntiat, esse abjectum à Deo, ne sit Rex super Israël ibid. num. 26. Sed, bone Deus, cur hospitem, quem paucis annis elapsis elegisti ad tantum culmen honoris, ita projecisti à facie tua, à regno? hoc enim poterit inconstantiæ notari de Ethnicis, qui tuam infallibilem scientiam non agnoscunt? Saul assumitur ad regnum, dum parum, ac humiliter de se sentiebat. Et ita ipse dixit Samueli, cum sermonem regni indicaret: Nunquid non filius femini ego sum, de minima tribu Israël, & cognatio mea, inter omnes familias? 1. Reg. 9. num. 21. Et ita etiam ei dixit Samuel: Cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israël factus es, 1. Reg. 15. num. 18. Igitur à regno abjectus, dum plusquam sibi est datum, arrogabat, ac contra Dei mandatum, quæ erant Amalech, arripiebat. Firma est sententia, quod alia cogitationes contrario ordine versantur cum meritis, ac dignitate. Quando enim Saul humiliter de se judicabat, ad supremum regni fastigium evectus. At verò cum insolenter in animo suo extollitur, ut rapiat ea, quæ ad se non pertinent, à regni culmine cadit, & meritum, regnum, ac purpuram perdit. Pulchre Angelomus ad proximum citatum locum. Nonne cum parvulus esses, ait. Ac si diceretur, cum in te parvulum conspiceres, ego te præ cæteris magnum feci. Quia vero tunc magnum conspicis, à me parvulus estimaris.

Alta cogitationes contrariantur meritis, & dignitatis.

Angelom.

QUESTIO XI.

Quare Dominus mandaverit Regulo, ut vaderet?

At Dominus Regulo: Vade, filius tuus vivit. Nonne sufficiebat dicere: Filius tuus vivit? Ad quid jubet, cum ire? Rationem litteralem dixi in expositione ex Cajetano. Quia Regulus petebat, ut Dominus descenderet eum eo, & sanaret filium suum, dum Dominus mandat eum vadere, negat se velle ire eum eo, quia non est necessarium, ut ipse virtutem Domini ira agnoscat, ut dixi; nam ejus filius vivit & sanitati est restitutus. Alias rationes morales sequamur.

Respondet primò Theoph. Vide, ait, quid dicat ad illum Dominus: Vade, filius tuus vivit: hoc est, ne sis immobilis ad bonum, sed vade, & inaccessibilem motionem ostende ad bonum, tunc enim filius tuus vivet. Si autem quieveris non ambulans morietur planè mens tua, eo quod ad bonum te non promoveris Similiter, D. Anselm. D. Ant. Ulyssipon. Iubet Dominus eum ire; hoc est, ab imperfecta fide ad bonam, & consummatam fidem, in via enim virtutis nulla meta est constituenda, sed semper ultra progrediendum; nam ut ait D. Thomas, hic oportet, non proficiendo iresquia qui stat, exponit se periculo, ut vitam gratiæ conservare non possit. In via enim Dei non proficere, est desistere. Et ita obedientiam Reguli notat Carthuf. Ibat, ait, non solum gressibus corporis, sed etiam mentis profectu proficiens, via delicti ab imperfecta fide ad perfectam. Vide lib. 3. lib. 1. n. 66.

Secundò Rupertus lib. 4. in Ioan. Vade, filius tuus vivit. Rupert.

1. Reg. 9.

1. Reg. 15.

75.

Cajetan.

76. Theophyl.

Anselm. Ant. Ulyssipon.

In via virtutis semper est proficiendum.

77. Rupert.



mus vivit; ait ipse: Hoc unum, idemque dictum, & vera prophetia est, & imperium vita: constat verè, quia de minori miraculi hujus parte, id est, de prophetia veritate, sancti Propheta secundum legitimam probationem magni habitus sunt. Igitur merito generationi male, & adultera impropertur; quia illorum sepulchra Prophetarum honorabant, quos patres illorum occiderant, & Dominum Prophetarum verbis blasphemis inhonorabant. In hoc Christi dicto, filius tuus vivit, verum imperium inest, quo ut Dominus salutem puero dedit, & vera etiam prophetia est, dum patri absentis filij salutem annuntiat. At olim Propheta solum verbis oracula dabant, futura prædicabant, & tamen in populo magno habebantur honore; merito ergo Judæus est objurgandus qui, cum veneretur Prophetæ ob ea, quæ annuntiabant, contemnat Dominum Prophetarum, qui non solum abdita oracula dabat, sed etiam mira faciebat, quod est multo quid majus.

Agguitur Iudæorum malitia.

78.

Ira Dei misericordiam est permixta.

Psal. 88.

Origen. Chrysof.

79. Obedientia omnia imperat.

4. Reg. 5.

Abulens.

80.

Anselm.

Ant. Olysp.

Ezech. 1.

Tertio, Bonus Dominus sicut miseretur pater filiorum, sic ipse miseretur nostri Dominus prius Regulum aspere increpaverat. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Nunc vero summe consolatur, dicens: Vade, filius tuus vivit. Tanquam si dicat: Postulas, ut ego descendam tecum; Vade, quia me ire jam non necessarium, cum ego filium totam mea virtute sanaverim. Ex hoc discite, sperare à Deo misericordiam, etiam si tibi videatur iratus; ira enim Dei semper miscetur misericordiam. Psal. 88. num. 3. Si dereliquerint filij ejus legem meam, &c. Visi abo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Veruntamen misericordiam meam non dispergam ab eo. Hoc fuse docet Origenes hom. 15. in Ezechiel. Chrysostomus hom. 6. & 17. in Gen.

Quarto, Dicitur Regulo à Domino: Vade; & statim additur, & ibat; ut ita hominis obedientia fiat omnibus manifesta, & patens, ut inde agnosceremus rationem ob quam ille, qui imperfecte crediderat filij sanitatem voluit impetrare. Cum enim esset præparatus animo ad obediendum, Dominum attraxit, ut suæ peritioni anneret. Obedientia valde efficac ad multa consequenda. Naaman ut obtineat sanitatem, quam optabat, ei mandatur: Vade, lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua. 4. Reg. 5. n. 10. Ad quid mandatur ad Jordane, nisi ut per obedientiam exercitiam obtineat id, quod desiderat Abulensis quæst. 9. Hoc fecit, ait, Eliaus ad probandam obedientiam Naaman.

Quinto, Dicitur ei: Vade hoc est, ut jam dixi, ab imperfecta fide ad perfectam, & consummatam. Ne lites, sed ita ait D. Anselmus, ibat proficiens in fide, & moribus. Et tunc valde currendo viam mandatorum Dei. In hujus rei confirmationem eleganter ponderat D. Antonius Ulyssiponenfis Dom. 21. post Trinit. quod dicitur in textu: Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, & ibat; ait tunc noster Ulyssiponenfis. Nota, quod prius dicitur: Credidit, & postea ibat; quia prius est, corde credere, & post ire opere. Unde Ezechiel. num. 13. Hoc erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, de igne fulgur egrediens. In splendore ignis fides, que illuminat, de signatur. De hoc igne fulgur egreditur boni operis: & sic animalia, id est, Sancti, erant in contemplatione, & revertentur ad actionem. Bona opera debent concomitari fidem. De Regulo prius dicitur, quod credidit, & postea quod ibat profectu bonorum operum.

Cum Philippus, & Eunuchus incederent per viam, Eunuchus edoctus Philippi doctrina, illuminatus est à Spiritu sancto, & ait: Credo filium Dei esse. JESUM CHRISTUM, Act. 8. n. 37. Et statim baptizatus à Philippo; subdit Scriptura: Eunuchus autem ibat per viam suam gaudens, ibidem num. 36. Sed, ut legitur ex Græco, Pergebat per viam suam. Valde notandum, quod postquam dicitur, quod credidit, statim dicitur, quod ibat, seu pergebat proficiendo per bona opera, & sanctas actiones in via Dei; & hoc cum gaudio, ac læticia animi. S. Diadochus Episcopus Phorices lib. de perfectione spirituali, cap. 21. Qui Deum, ait, amat, & legitime credit, idem opera fidei sanctè perficit; qui verò tantum credit, non amat, idem neque fidem ipsam, quam habet videtur habere. Levi enim mente credit, in quo pondus gloriæ charitatis non operatur.

Cum Cornelius Centurio esset illustratus à Deo; dicitur ei ab Angelo, Mitte viros in Joppen, & accersi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus. Hic dicit tibi, quid te oporteat facere. Act. 10. num. 5. Mihi verò grave est dubium, cur dicitur Cornelio, ut ad se avocet Petrum; Cur ipse non tendit in Joppen & cum quærit? Hoc enim magis videtur conveniens naturæ charitatis, ac debet urbanitatis, Cornelius jam erat illuminatus à Spiritu sancto; ad domum suam invitatur, ac trahitur Petrus, ut simul cum ipso plures baptizentur, & omnia sua Petro offerat ad eleemosynas, ac obligatus tantis beneficiis, ibi tandem templum, & Ecclesiam Deo dedit, ut Hieron. testatur D. Hieronymus. Epist. ad Paulam. Ipsa fides viri debuit exire in opera charitatis ad proximos, & in actus religionis, ac devotionis, in Deum. Eleganter Phorinus Presbyter lib. 1. de Phorid. domo Dei: Fides, ait, non est otiosa, neque solitaria, individua comes ei jungitur bona operationis instantia: nam cum per fidem quis cognita incipit amare, consequenter exercet operando, quod amat. Fides enim non est solitaria, sed multis bonis operibus comitata incedit. Cujus rei rationem pulchre assignat D. Leo serm. 5. de Collectis eleemosynis Sicur, ait, in fide est operum ratio, ita in Leo; operibus fidei forniudo.

QUESTIO XII.

Quare Christus non dicit Regulo: Do sanitatem filio tuo; sed ait: Filius tuus vivit?

Cum jam filij Reguli esset desperata vita, & proximus morti, ait Dominus parenti pro filio deprecanti: Filius tuus vivit; non tamen in verbis parenter exprimitur, eum esse sanum, & à quo beneficium acceperit. Quæ duo hic breviter sunt resolvenda.

Ad primum respondet Cajetanus, Minus dicit; quam significet, nam dicit, vivit; & significat, sanus est. Hæc est Dei benignitas, quæ plus dat donis, quam profert verbis. Plus denotat, sanam esse, quam vivere. Qui in extremo periculo

QUESTIO XIII.

Quare Naaman irascitur ad mandatum Elisei, Regulus verò promptè, ac modeste obediit dictis Christi?

Elebris est historia, quod Naaman è Syria, patria sua profectus venerit in terram Israël, ut de lepra sanaretur ab Eliseo; qui cum appropinquasset ad domum ejus; mitit ei Propheta: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipies sanitatem caro tua. Quod cum Syrus audisset, iratus recedebat, dicens: Putabam, quod egredieretur ad me, & stans invocaret nomen Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. 4. Reg. 5. n. 11. Ille Regulus eccellit ad Christum deprecans, ut descenderet in domum suam, intendens, quod Dominus appropinquasset ægroto, & eum manu sua tangeret, & ita sanaretur. Et tamen dicitur à Domino. Vade, filius tuus vivit. Compone utrumque dictum, Vade, tam Naaman quam Regulo. Quare ergo Syrus exandescit in Prophetam, dum ei dicitur: Vade; & eo; quod aliter accidit, ipse æstimabat, nam sibi persuaserat, quod Eliseus exiret ad eum, & manu propria tangeret eum: Regulus, quamvis etiam aliter eveniret; ac ipse cogitabat, & Dominus cum eo non descenderet, nec appropinquaret ægroto, nec imponeret manum suam super eum, & ei dicitur: Vade; nullam iram concepit, sed eum modestè, ac obediendo lætus abibat.

Respondeo primò ex his, quæ docent Lyranus, Garthuf. Cajetan. ad locum citatum Regum. Quod Naaman iratus est, eo quod per modum rursus à Propheta, ut lavaretur septies in Jordane, se curari non sperabat, cum fluvij Syriæ essent ita boni, vel meliores, quam Jordanis; nec tamen ad illam sanitatem efficiendam habebant aliquam virtutem. At Regulus, credidit sermone quem dixit illi Iesus; & certissime sibi persuasit, quod filium suum habere vitam; ideo lætus, ac obediens ibat. Quia facile homo obedientiam, ac fidem præstat ei, à quo credit, se bonum accipere; sicut sæpe graviter irascitur, in eum; à quo id quod desiderat, non impetrat.

Secundò Carthusianus, Irascitur Naaman, ait, quia commissio, seu iussio illa Elisei videbatur sibi omnino irrationalis esse. Respexit enim ad naturalem vim aquæ, non ad omnipotentiam Dei, quæ nondum sibi innotuit. Syrus considerabat naturalem vim aquarum, & ideo dicebat, quod præstantiores erant aquæ fluviorum patriæ suæ. At per rationem Regulus, utpote jam divina fide illustratus, credidit sermone, quem dixit illi Iesus; & totam illud negotium provenire à Dei omnipotentia, certò Dei potentiam existimabat. Qui mira Dei opera ac ejus magnalia appendit per vim naturalem, facile labitur; qui verò ea considerat secundum infinitam Dei omnipotentiam, ac virtutem, facile recognoscit, firmiter credit, ac submissè veneratur.

Tertio Abulensis ad citatum cap. 5. Reg. 9. 10. ait: Iratus fuit Naaman, quia Eliseus non agnatus fuerat exire ad eum: nam dato, quod non posset eum sanare, saltem debebat exire ad loquendum ei; Syrus ille, cum sibi persuaderet, ut lætus explicat ipse Abulensis citans quod non obtinebat

Deus plus dat donis, quam dicit verbis.

Hugo.

Donâ Dei profectus.

85. Heraclion.

Non Christus ob modestiam occultabat salutem suam.

Bernard.

86.

Gratus beneficium, & cognoscit quævis Christus non dicat esse suum. Alber. Mag.

Act. 20.

Psal. 23.

87. Marth. 15.

Christus præ modestiam quæ sua sunt magnitudinis non dicit.

culo versatur, dicitur vivere; qui ab illo liber est; sanos nuncupatur. Et tamen Dominus non ait; filius tuus sanus est, sed vivit. Egrotò majus beneficium erat collatum, quam quod verbis significaretur. Secundò Hugo ad versum 15. ait: Quod dicitur filius ejus vivere, & non sanus est; cum hoc verum esset, sed quia viveret; magnitudo enim nobis innotuit per hoc, quod quasi de morte esset resuscitatus. Tertio, Quia dum dicitur filius tuus vivit, denotatur, vivere integra, & perfecta sanitate, donâ enim Dei sunt absoluta, & consummata. Vide supra cap. 5. n. 14.

Ad secundum respondet Heraclion, ut refert Origenes, hic Interpretans est, dicta fuisse à Salvatore propter modestiam, quoniam non dixit Volo; neque ostenderit, se ipsum præstisisse illi vitam. Non ait Dominus: Ego do vitam, & sanitatem filio tuo; sed ob modestiam per tertiam personam loquitur, Vni filius tuus; ut nobis præbeat documentum, gloriosam, ac jactantiam evitare. Quod ponderavit D. Bernardus serm. 2. de Epiphania. Christus, ait, se ipsum abscondebatur, nunquid inanem gloriam merebatur? Quid timebat ab inani gloria, qui est gloria Patri? Unique timebat; sed non sibi: nobis timebat ab illa, quibus noverat esse timendum; nobis cavebat, nos instruebat.

Post Resurrectionem apparet Christus suis discipulis, ait: Accipite Spiritum sanctum. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, Joan. 20. n. 22. Nullum donum majus potuit dari discipulis à Christo, quam Spiritus sanctus, ac potestas ad remittenda peccata. Cur ergo non exprimitur; à quod tantum donum accipitur? Cur non ait: Ego do vobis Spiritum sanctum? Albertus Magnus, Modestia causam non dixit; quod ab ipso Spiritus sanctus eis datur, sed tantum ait: accipite Spiritum sanctum. Et tamen Paulus Act. 20. n. 24. Ministerium verbi quod accepi à Domino Jesu. Et David ait, Psal. 23. n. 5. de viro justo: Hic accipiet benedictionem à Domino. Hi ut maxime grati recognoscetes beneficium, fatentur, à Domino accepisse; ut inde in gratiarum actionem prorumpant. Jesus autem, ut valde modestus, non divulgat expressis verbis quod ab ipso accipitur, sed bonis suis celestibus nos dicit, & exornat.

Ait Christus Dominus, Matth. 5. num. 34. Ego dico vobis: non jurare omnino; neque per calum; quia sylvanus Dei est; neque per Jerusalem; quia civitas as est magni Regis. Jerusalem civitas erat magni Regis Christi Jesu, & ejus triumphis dedicata; cur ergo non ait: Nolite jurare per Jerusalem, quæ est civitas mea; frequenter Principes civitates suas appellantis appellata est Sion civitas David, Paralip. 11. n. 5. & 7. Meus Jesus semper in omnibus fugit id, quod sanare potest jactantiam, & modestiam verborum amplectitur. Et ideo aperte non dicit civitatem suam, sed verborum circulo præ humilitate majestatem suam, occultat. Sedulius lib. 1. Paschali, cap. 11. Neque, ait, per Jerusalem; quia civitas Regis magni est; Tanquam si diceret, mea; qui aperte dissimulavit exprimer humilitate sermonis. Vide supra cap. 3. num. 259. & 260.

Sylveira in Evang. Tom. 11.